

6728 Vercellis in cathedrali ecclesia S. Eusebii intus.

FLAVIANI ANTISTITIS RESONANT PRAECONIA VITAE
 CASTO POLLENS CORPORE SVMMI FASTIGII ARCHAE
 LILIIS CEV VERNANTIBVS ARTVS CONSERVANS AB ALVO
 INTEMERATAQ·CELSE DE ORE VEHENS MEMBRA
 5 INDVSTRIA SENSVVM DITATVS MVNERE AMPLO
 SPECIOSA PROCERAQVE COMPTA FORMA GESTANTEM
 AMAENIORQVE EXISTENS PRAECLARIS MORIBVS FIBRIS
 CVNCTIS IN SE LINQVENTIBVS FACINVS FVNDITVS PARCENS
 NEC REVOCANS PRISCA·MEMORIAE MENTIS DELECTA
 10 INSIGNEM GESTANS OPEM·MORIB·PATIENTIAE ARCEM
 POLLENS ET EXIGVIS DAPES PORREGERE MVLTAS
 TANTAQVE FARI·NEQVEO QVANTA INSVN GRATIAE OPES
 CORDE LVSTRANS ABDITA CVNCTA FASTIGIA POLI
 QVAMQVAM ARVIS GRADIENS·MONTE AETHERA PVLSAT
 15 QVE IN SAECVLO ANNOS PLVS MINVS LXV
 VOCATVS A DNO DELIQVIT MVNDI PROCELLA

Contuli. Ferrerius vita S. Eusebii (1602) p. 118 (ab ed. a. 1609 abest). Inde omnino Ughelli Ital. sacr. 4 (1652), 1051; item Cusano *vesc.* p. 87, Ranza ad Pellicciam 3 (1780), 136. Gazzera act. Taur. sec. 2 vol. 11 p. 234 qui vidit. Bruzza Verc. p. 340 n. 144, citans collectaneorum I. F. Ranzi fasc. 7 f. 168.

Quae cernuntur partim v. 15 extr. (ubi deletum est LXV): XLVI REC: SVB B, partim in margine intuenti dextro: VII|KL|DCB|INB|III|FEB (sic pro FEL). adiecta sunt tempore longe posteriore; quamquam ne ipsum quidem epigramma proprie intra huius syllogae terminos cadit. Quae autem leguntur in eadem ara et simul edita sunt a Ranza: P AMEN DICO VOBIS|QVIA VENIT HOB cet., item P SCIO QVIA RE|DEMTOR MEVS cet., ea scripta sunt in lapidibus diversis aetate sequiore neque ullo modo ad hunc titulum pertinent.

Flavianus episcopus creditur obiisse c. a. 542. Ab eo Bruzza (p. 257 sq.) scripta esse credit carmina n. 6723. 6724. 6729. 6731. 6734. 6739. 6742, quorum n. 6729 sororum est episcopi Constantis defuncti c. a. 520, n. 6742 annum habet adscriptum 528. — Idem Bruzza p. 342 inter schedas Ranzae repperit reliquias tituli cuiusdam ad imaginem S. Eusebii opere tessellato expressam adscripti et a canonico Modena relati has: METALLA — VERNANTIBVS FIGVRIS — LAMINIS AVRO ARGENTO — FLVMINA.

6729 Vercellis.

GRATA QVIES GEMINAS TENET HIC IN PACE SORORES
 QVAS SACER ANTISTES CHRISTO CONSTANTIVS AVCTOR
 GERMANO AD|ECTV INSTITVIT DOMINOQVE DICAVIT
 MORIBVS AC VITA SIMILES ACTVQVE MODESTO
 5 VNA DOMVS MENS VNA FVIT DOMVS VNA SEPVLCHRI
 NOMINE EXVPERIAE GAVDENS VNA ALTERA FRATRIS
 AMBAE VIRGINEVM SACRATAE VERTICE CRINEM
 INTACTO CASTAM SERVARVNT CORPORE MENTEM
 QVISQVE FIDEM TRINAM CONFESSVS DOGMATE VERO
 10 AETERNAM FISVS CHRISTO CVM CARPERE VITAM
 CENSEAT HAS NVNC LVCE FRVI VITAQVE PERENNI

Ranza *monache di S. Eusebio* (1785) p. 134 (inde Gazzera act. Taur. ser. 2 vol. 11 p. 224; Bruzza Verc. p. 314 n. 133) ex Modenae commentariis *vite mss. di 17 vescovi di Vercelli*, qui hodie ubi extent ignoratur. In chronicorum eiusdem exemplaribus, quae versavi ego versavitve mea causa Promis, titulum non repperimus.

3 ADIECTV Ranza. — Cf. adnotatio ad n. 6728.

6730 Vercellis rep. in domo Mella APRATI 1842, ibi ubi erat ecclesia. S. Petri della Ferla BRUZZA. Est in curia.

HIC IN SOM
 NO PACIS
 REQUIESCIT
 BONAE ME
 5 MORIAE FLO
 RA QVI VIXIT
 ANNOS PLM
 VIGINTI ET
 VI RECESSIT
 10 SVB D· III· ID OC
 TOB CONSVL ZENO p. C. 479
 NI B
 columba
 cum ramo olivae

Descripsi. Aprati ms.; Gazzera act. Taur. ser. 2 vol. 11 p. 216; Bruzza Verc. p. 273 n. 120.

11 extr. hodie non cernitur nisi 7/; plenam viderunt Apratius et Bruzza

6730a Vercellis rep. alla Ferla, fuit apud comitem Mellam.

V PAC
 IOVINIA
 TVLVM PO
 A FIII

Bruzza Verc. p. 335 n. 141.